Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

5

docendo Porphirij & Aristotelis
librumqz Absoluo. In medio
autem hoc mearum prælectionum Curriculo, hoc est,
ultimo Vltimo die Aprilis anni 1580. monstrosissi-
mum illum, & omnium, qui vnquam in mundo
fuerunt, sunt, et erunt, stultissimū de omni
p̄sentia Corporis Christi errorem publicè ita expug-
naui, et Doctor Pappus earum thesium propugnator,
præter suum quod responderet, non
habuerit.
Argentina Kalendis Augusti discessi Noribergam,
ibi quoqz meam periclitaturq fortuna. Et sanè
humanissimq eius Vrbis Senatq integrum annū,
& eò amplius suis me deuinctum beneficijs
retinuit, ut in Schola sua, atqz adeò Academia
Altorfiana aliquam in docendo opera nauare: id
quod & facere instituì, sed impeditq postea partim
ab alijs, partim à me ipso fui: ab alijs quidem,
quia cum ibi publicas aliquod lectiones Aristotelicas
in omnium, qui illic sunt, auditorum frequētia
fecissem, tum Joh. Thomas, Freigius Iuris Doctor,
et eius Scholæ Rector sibi suæqz doctrinæ
timens, (exploso enim Aristotele Petri Rami
placita is sequitur, atqz cum
omnibq Peripateticis susceptum habet) cæpit
statim omnes meos auditores inimicorū loco